GREGORIUS MAGNUS. ORIGENES. ANNALES ZWETLENSES
Zwettl, 4. Viertel 12. Jh. Seite 48r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



ipsa amplius boni quam alter habeat; Neque
enim pensant quae bona spiritus alter acceperit quae ip
si desint. sed que bona ipsi quae que mala sint
alteri. Et cum omnipotens deus adhuc uirtutes singulis
diuidat. ut alterum alteri incogitacione hu
miliet. ad hoc reprobi pertrahunt bonum. in
quod acceperunt. ut ex eo in elacione perdan
tur. dum semper considerant bona que ipsi
habent. quae alii non habent. quae numquam
perpendere student. quanta bona alii ha
beant. quae ipsi non habeant; Quod ergo diui
na pietas in augmento disponit humilita
tis. hoc mentes reprobe in augmento uertunt ela
cionis; Et ex diuersitate munerum a bono de
ficiunt. unde crescere in humilitatis bo
no debuerunt; Propter hoc ergo necesse est fratres
karissimi. ut in uobis hoc debeatis semper aspi
cere quod minus habetis. in proximis uero hoc quod
uobis amplius acceperunt. quatinus dum super uos
eos pro bono quod ipsi habent quae uos non habetis.
aspicitis. hoc quoque obtinendum quae iam
uos ex humilitate censeatis. Si enim quae uos
in illis accepta bona perpenditis. quae illi in uo
bis considerant dona que habetis. uicissim
uos alis tangetis. ut excitati semper ad celes
tia uoletis. Sequitur; Et uocem rotarum se
quentium animalia. quae uocem commocio
nis magne; In rotis sacri eloquii testamen
ta signari superius diximus; Uox ergo est rota
rum sermo testamentorum. Post uocem itaque
alarum animalium. auditur quae iam uox
rotarum. quia predicancium sermone
suscepto. dum uirtutes sanctorum ad altiora
agenda uolant. seque uicissim ad proueniendum
pulsant. sancte ecclesie status erigitur. ut per u

niuersum mundum sacrorum testamentorum
pagine legantur; Ubique quae enim iam sanctorum
euangelium ubique apostolorum dicta. uiique lex et
prophete resonant; Post alarum ergo uocem.
uox rotarum sequitur. Quia post sanctorum mi
raculum uerba sacri eloquii intra sanctam ec
clesiam libere quae licenter audiuntur. Que
rote animalia sequuntur. quia sicut superius
dictum est. per quam in honore uenit uita
sanctorum. ueneranda quoque apparuerunt ho
minibus eloquia testamentorum. Et certe ro
te animalia sequuntur. quia in sanctorum patrum
uita cognoscimus. quid in sacre scripture
uolumine intelligere debeamus; Illorum
quippe nobis actio nobis aperit. hoc quod
in suis predicationibus pagina testamentorum
dicit; Sed querendum nobis est cur post
quam superius dictum est audiui post me
uocem commocionis magne. post uocem
quoque alarum atque rotarum subditur. quae
uocem commocionis magne; Quod si di
ligenter aspicitur. inueniri potest quia non
ociose repetitur. Due quippe sunt commo
ciones. quibus corda nostra commouentur. Una
quippe commocio ex timore est. altera ex
caritate; Una fit ex luctu penitencium.
alia ex feruore amancium; Post predicaci
onis ergo uerbum prima commocio est. cum plangimus
mala que fecimus. post uocem uero alarum quae ro
tarum secunda commocio est. dum magnis fletibus
querimus celestia bona que audimus. Ecce
enim qui intra sanctam ecclesiam de multis
patribus uirtutum exempla cognosci
mus. quasi alarum sonitum cottidie audi
mus. quae quia uiique sacra eloquia personant

48